

*Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra
copiosa est in cælis.*

✠ Lécctio sancti Evangélii
secúndum Matthæum

5, 1-12a

In illo témpore:

- ¹ Videns Iesus turbas, ascéndit in montem;
et cum sedisset,
accesssérunt ad eum discípuli eius;
- ² et apériens os suum
docébat eos dicens:
- ³ «Beáti páuperes spírítu,
quóniam ipsórum est regnum cælórum.
- ⁴ Beáti, qui lugent,
quóniam ipsi consolabúntur.
- ⁵ Beáti mites,
quóniam ipsi possidébunt terram.
- ⁶ Beáti, qui esúriunt et sítiunt iustítiam,
quóniam ipsi saturabúntur.
- ⁷ Beáti misericórdes,
quia ipsi misericórdiam consequéntur.
- ⁸ Beáti mundo corde,
quóniam ipsi Deum vidébunt.
- ⁹ Beáti pacífici,
quóniam fílii Dei vocabúntur.
- ¹⁰ Beáti, qui persecutiónem patiúntur propter iustítiam,
quóniam ipsórum est regnum cælórum.
- ¹¹ Beáti estis cum maledíxerint vobis

et persecúti vos fúerint
et díxerint omne malum advérsus vos, mentiéntes,
propter me.

¹² Gaudéte et exsultáte,
quóniam merces vestra copiósá est in cælis».

Verbum Dómini.